



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

CXXIV. Monachis Congregationis Cassinen. Ordinis Sancti Benedicti
interdicitur recurrere ad Sedem Apostolicam, antequam vicinoris
Provinciæ Visitatorem, ac mox Præsidentem Generalem Ordinis collectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

A N N O

1733.
& 1734.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 19. Decembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Cardinalis Oliverius.

C X X X I I I .

Statutum, ut de cætero Fratres Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Epitogium gestent.

Clericis hisce Regularibus Alexander PP. VIII. Confit. sua concessit, ut incederent calceati.

Dat. die 14.
Jan. 1734.
Pont. An. IV.

C L E M E N S P A P A XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Causa hujus
ce perendi
concessio-

§. 1. Cum, sicut accepimus per Constitutiones Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, a fel. rec. Gregorio PP. XV. Prædecessore Nostro per quasdam suas literas Apostolicas desuper confirmatas, in Cap. VI de vestibus in eis de Tunica talaris, breviisque Pallio nominatis, præcipiatur absque eo, quod de Epitogio ulla mentio fiat; unde in vim Constitutionum hujusmodi Epitogium præsumptum minime admittitur, nec excluditur; sed postquam dicta Congregatio in ejus initio instituta fuerat in statu paupertatis, illius Religiosi pedibus denudatis incedebant, & tempore hyemali tam domi quam extra eam ejusmodi pallium, cum nullus ordo sive statutum ea super re emanaverit, ob solam consuetudinem in Italia Provinciis inroadant gestare consueverunt, dum in aliis Ultra montane soli velte domi tam aestivo quam hyemali tempore utuntur, ac cum subhabitibus pelle subfutis, & hypocaustris a frigore valde commode se tuentur.

§. 2. Porro postquam piæ mem. Alexander pp. VIII. pariter Prædecessor Noster per suas literas desuper, in simili forma Brevis die 20. Februario 1690. expedita, statuerat, ut Religiosi ejusdem Congregationis ex causis in prædictis literis adductis calceati incederent, nonnulli ex illis usum memorati Epitogii, quemadmodum alii Clericorum Regularium Ordines utuntur, promovere cogitabant; & de facto aliqui ex eis Iam Italiæ Provinciis in illorum Capitulo inter alias petitiones in Capitulo Generali faciendas, etiam exposcendi Epitogium pro tota Congregatione, ad effectum illud obtinendi cum decreto ipsius Capituli Generalis, interposuerunt; idque facile obtentum fuisset, si in suffragium discernendum proponeretur.

§. 3. Quantum autem inconveniens & indecorum sit, quod ipsi Religiosi Scholarum Piarum, qui pallio solummodo induit domi & extra illum, ac per omnes officinas incedere, & ex Instituto, quod exercent, cum personis sacerdotalibus frequenter agere debeant, ab aliis Clericis Regularibus in hoc dissimiles habeantur: Hinc est, quod Nos audita super præmissis dilecti filii nostri Joannis Antonii S. R. E. Presbyteri Cardinalis Guadagni nuncupati, in Alma Urbe nostra Vicarii in Spiritualibus generalis, & dictæ Congregationis apud Nos & Sedem Apostolicam Protectoris, relatione in iisdem præmissis providere volentes, Motu pariter proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut de cætero omnes & singuli memorata Congregationis Clerici ubique locorum Epitogium ferant, ita tamen, ut in eo gestando ab omnibus similitudo & æqualitas conservetur, tenore præsentium perpetuo statuimus & ordinamus.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas & efficaces existere & fore; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoconque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debet; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus prædictis Gregorii & Alexandri prædecessorum literis, aliisque Constitutionibus Apostolicis, necnon dicta Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, in dultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsenibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu aliquo Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica Dignitate constitute munitionis, eadem profusa fides in judicio & extra alibi habeatur, qua ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris die 14. Januarii 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Monachis Congregationis Cassinæ. Ordinis Sancti Benedicti interdicuntur recurrere ad Sedem Apostolicam, antequam vicinioris Provinciæ Visitatore, ac mox Præsidentem Generalem Congregationis adeant.

C L E M E N S P A P A XII.

Ad futuram rei memoriam.

C X X I V .

Dat. die 19.
Januar. 1734.
Pont. An. IV.Causa hu-
jusce perendi
Decreti.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Cassinæ. Ordinis Sancti Benedicti, quod licet a fel. record. Eugenio IV. Gregorio XIII. & Urbano VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris districte vetitum fuerit Monachis dictæ Congregationis ad quoconque Tribunal Ecclesiasticum extra ipsam Congregationem quomodolibet recurrere & appellare, prout in eorumdem prædecessorum Constitutionibus desuper emanatis diserte caverit; nihilominus, sicuti experientia compertum est, non pauci prædictæ Congregationis Religiosi salubrium ejusmodi Constitutionum, quas forsan tempore exoletas & antiquatas reputant, immemores, variis sub prætextibus, sed revera, ut erratorum suorum penas debitas effugiant, adversus suos Superiorum ad hanc Sanctam Sedem immediate recurrere passim presumunt; unde ultra turbas & molestias, quibus iidem recurrentes se ipsis exos & contemptibiles reddunt, non raro procedunt delictorum impunitas, Prælatorum contemptus, ac nonnullorum Superiorum in continendis & regendis subditis suis negligencia: qui scilicet, ne continuus horum recursibus subjaceant, multos excessus atque abusus, quibus protinus occurtere oportet, tolerant, vel dissimulant in grave Monastica disciplina detrimentum. Nobis prop-

terea

Calceamenta
Clericis hu-
jus Ordinis
ab Alexandro
pp. VII. con-
cessa.Inconve-
niens videri,
eos solo in-
ductos Pallio
incedere.Quare ut
Epitogium
gellant, con-
ceditur.

Decreti te-
nor.

terea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

¶ 2. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticalis sententiis, censuris, & penitentias, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac tam memoratis Constitutionibus Apostolicis, quam Generali Decreto dudum iussu re. me. Sixti PP. V. Prædecessoris pariter Nostri a Congreg. tunc existentium S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Regularium præpositorum edito, circa recursum & appellationem eorumdem Regularium, ordinemque in eis servandum, inherentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ne deinceps ullus Religiosus supradictæ Congregationis Cassinen, cuiusvis dignitatis, gradus, & conditionis existat, Sedem Apostolicam adversus suum Superiorum adire audeat sive præsumat, nisi prius ad vicinorem Visitatorem Provinciam, ac deinde ad Præsidentem Generalem præfatae Congregationis Cassinen, desuper recursum habuerit, sub pena in dicto Decreto generali contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium prohibemus ac interdicimus.

¶ 3. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suofque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caucum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingit attentari.

¶ 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis Cassinen, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores prætentibus pro plene & sufficiente expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alia in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 19. Januarii 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Cardinalis Oliverius.

CXXV.

Confirmantur Constitutiones pro bono regmine Fratrum Tertiæ Ordinis Sancti Francisci, ex aliis Constitutionibus, Statutis, & Decretis dicti Ordinis collectæ.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

Proclamatio.
Dat. die 26.
Jan. 1734.
Pont. An. IV.

EX injuncto Nobis divinitus Apostolicae servitutis officio ea, quæ pro felici prosperitate Christifidelium, qui e fluctibus saeculi in portus religiosæ vitae configurerunt, & vota sua

in Sanctitate & Justitia reddere satagunt, regimine & gubernio, ac Religionis Incremento, cuendaque & solidanda in eis pace & tranquillitate provide prudenterque constituta ac disposita esse noscuntur, ut firma semper & inviolabilitia persistant, Apostolici munimini Nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter roboramus.

¶ 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Bonaventura Gervafii Procurator Generalis Fratrum Tertiæ Ordinis Sancti Francisci, tam suo quam dilecti etiam filii Pauli Bellamo Ministri Generalis, aliorumque Religiosorum ejusdem Ordinis nomine, quod ad unam certamque, quæ in dicto Ordine deinceps servari ac retineri deberet, vivendi normam & disciplinam, sublata omni confusione, ac legum seu statutorum varietate atque discrepantia, constabiliendam ac firmandam, Constitutiones Ordinis prædicti iussu Nostro ordinatae, & in unum volumen collectæ fuerunt, utpote defumptæ ex multis diversisque aliis ejusdem Ordinis Statutis & Constitutionibus, tum a fol. rec. Urbano VIII. ac Innocentio X. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris per suas in simili forma Brevis die 8. Julii 1639. & die 27. Junii 1650. respective expeditas literas, confirmatis, tum a Capitulis & Definitorii Generalibus ipsius Ordinis, quæ ab anno 1619. hucusque celebrata sunt, editis, quibus omnia insuper decreta, alias a Nobis condita, & per nostras in pari forma Brevis die 21. Augusti 1730. emanatas literas approbata acceperunt, ac subinde collectio Constitutionum hujusmodi de mandato pariter Nostro revisa & accurate expensa; ne non aliqua ex parte emendata fuit, tenoris, qui sequitur,

C A P. I.

Constitutio-
nes.

Quoad Chorum, & Orationem mentalem.

1. Ab Horis Canonicis in Choro alternativum recitandis nemo ex nostris cuiuscumque gradus exceptus sit, præter Prædicatores, dum actu tamen predicant & Lectores, dum actu legunt, extra vero festivitates, & dum adsit sufficiens numerus Choristarum.

2. Ubi non adest usus recitandi Matutinum in medio noctis, recitetur prope ortum solis, vel ut mos jam obtinuit, paulo post eius occasum, cui tunc interfint quoque in Ecclesia Laici legitime non impediti.

3. Ab Horis Canonicis in Choro alternativum recitandis nemo ex nostris cuiuscumque gradus exceptus sit, præter Prædicatores, dum actu tamen predicant & Lectores, dum actu legunt, extra vero festivitates, & dum adsit sufficiens numerus Choristarum.

4. Singulis diebus habeatur mentalis oratio per horam, incipienda tamen a lectio alicuius libri spiritualis, & complenda Sanctorum Litanis ante cenam, cui interesse debent etiam Regentes, & Lectores, licet actuales, sicuti communis flagellationis, & Capitulo culparum.

5. Post Primam quoque mentaliter oretur per semihoram, inclusis tamen B. Virg. Litanis.

C A P. II.

De Oratione
mentalib., a
qua exemptis
nemo.

*Quoad casus in nostro Ordine jure barum
Constitutionum reservatos.*

1. Ut unusquisque ex nostris Superioribus jussum recognoscatur, quoad Casus reservatos, declaramus, quod ex nunc, & in perpetuum infra scripti tantum Casus in Ordine nostro ex auctoritate Regulari sunt reservati, nempe:

Casus Ministro Generali reservati.

1. Occisio, aut mutilatio cuiuscumque personæ.

2. Quælibet